PER

LE NOZZE

GIUSTI-CITTADELLA

SEI

DOCUMENTI INEDITI

DEL SECOLO XIV

ATTINENTI ALLA STORIA

DELLA

DOMINAZIONE CARRARESE

IN

PADOVA

PADOVA
Tipografia del Seminario
1863

AL NOB. SIG. CONTE

GIOVANNI CITTADELLA

CAV. DELL' ORD. DEI SS. MAURIZIO E LAZZARO

MEMBRO DELL' ISTITUTO VENETO

DI SCIENZE LETTERE ED ARTI

E

DI MOLTE ACCADEMIE

A festeggiare la faustissima circostanza volli offrirti un presente di amicizia ricercandolo fra gli studii da Te prediletti e con speciale ricordanza di quella Tua sapiente fatica, che levò in bella e meritata fama il Tuo nome.

La cura graziosa d'un Amico, nel quale l'animo cortese è pari all'amore pegli studii severi, valse a scuoprire in Cividale, tesoro di antichità, alcune originali lettere dei Carraresi giammai pubblicate. Di queste Te ne presento cinque degli anni 1387, 1388, 1390, *ed aggiungo una relazione pure inedita del* 1390 *sulla ripresa di Padova*

Consegnando questi Documenti alla stampa ho voluto si tenesse il formato della celebrata Tua Storia della Dominazione Carrarese in Padova, *alla quale si riferiscono, per abilitarti a collocarli presso quel nobilissimo parto del gagliardo Tuo ingegno, acciocchè ogniqualvolta Ti accada di ritornare allo stesso, scorgendo questi fogli, sieno richiamate alla Tua memoria la molta stima e la sincera affezione che Ti professa*

Padova 20 *Aprile* 1863

L'Amico Tuo

FRA CESARE ANTONIO D'ALTHAN

DOCUMENTI

I.

Francesco da Carrara partecipa ai Cividalesi essere suo figlio a campo sotto Verona e presto a spedire genti in aiuto loro.

Hon.[o] amici carissimi. Recepta et intellecta littera vestra, per quam exigitis Gentium subsidium vobis mitti ultra Tomolimum Bragonium cum . . . . emuli nostri auctiores fiant gentibus quotidie etc. amicitie vestre respondeo, quod prout sentire potuistis, Magnificus filius meus Franciscus de Carraria personaliter cum omni exfortio meo, et copioso gentium apparatu contra Veronam, et super fores ipsius tenetur expetiturus in brevi quid laudabile, et magnum valde, Deo auctore, quod et cedet ad bonum agendorum vestrorum, et pro vobis facit. Quo expedito, quia presentialiter ob id nequeo, providebo tuo vobis de gentibus, quibus vos et vestros poteritis defensare a conatibus emulorum. Rememoror enim vobis, quod in partibus illis degit societas Sancti Georgii, quam non dubito contra impressiones hostium ad vestri favores pronam et presto esse. Dat. Padue die xvij Februarii (1387).

Franciscus de Carraria Padue etc.

II.

Francesco da Carrara partecipa ai Cividalesi che il Conte di Virtù gli offrì la propria alleanza contro lo Scaligero, se questi ricusasse pacificarsi con Padova

Honorabiles amici carissimi. Ad requisitionem illustris et excelsi Fratris mei Domini Comitis Virtutum miseram Ambaxiatores meos ad presentiam suam pro pace tractanda inter Dominum Verone et me.

Ad quem Dominum Comitem Veneti et dominus Verone miserunt ad dicendum quod nullo modo poterant ad hanc pacem intendere. Ex quo Dominus Comes predictus valde turbatus fuit: dicens illis de Venetiis, et nui familiari Domini Verone, qui ibi erant, quod penitus volebat quod pax ista ad nutum ejus sequeretur et fieret: et quod fuerat ad hec requisitus. Subiungens quod in quantum partes ipse non condescenderent ad pacem, indendebat, volebat procul dubio, et hoc esset in brevi intrare in ligam et mecum esse contra emulos meos totis viribus, et conatibus suis.

Et hec eadem verba exposuit dictis Ambaxiatoribus meis Premissis enim amicitie vestre volui nota facere, ut quem habeo sanciatis, et ut hortemini vos et Communitatem vestrem et stetis de bona voluntate, quia de duobus

alterum sequitur et eito: videlicet aut pax erit aut ipse Dominus Comes mecum erit ad hostium meorum excidium et ruinam. Et ut cerno ex plurimis conjecturis hi emuli mei ab isto pacis tractatu se retrahere nituntur ut non subsistat pax et tranquillitas in Patria illa et ne ipsa Patria ad manus et obedientiam Domini nostri Pape veniat (1).

Dat. Padue die viij aprilis (1387).

Franciscus de Carraria Padue etc

(1) *Allude a Papa Urbano VI, il quale non avea potuto far accettare Feletto Patriarca d'Aquileja commendatario Filippo d'Alençon che dai Cividalesi e da altri pochi Friulani, donde la guerra che da sei anni durava, sostenuta principalmente dagli Udinesi che respingevano quel Principe Cardinale siccome ligio alla Corte Romana.*

III.

Fr da Carrara il giovine scrive al Com di Cividale che manda colà a stipendiare 100 fanti

Honorabiles amici carissimi. Mitto ad partes illas Pecinum de Brixia Comestabilem meum pedestrem exhibitorem presentium pro stipendiando inibi et stipendiatos Paduam conducendo usque ad centum famulos pedestres. Et ideo amicitiam vestram deprecor quatenus placeat sibi dari facere usque ad centum ducatos auri pro faciendo prestantias capitibus famulorum, quos conducet. Vos quoque velitis a capitibus ipsis cautiones illas, que vobis idonee videantur, nomine meo recipere; et rescribere michi quid in hoc actum extiterit. Ipsos autem centum ducatos, si contingat eos per amicitiam vestram solvi confestim vobis mittam, vel disponi de ipsis jubebo hic prout michi scripseritis. Non enim ipsos visum fuit dicto Pecino assignari facere tum propter vias discriminosas, tum quia certum non est utrum famulos illos habere possit inibi, nec ne.

Actum Padue die 7 augusti 1388.

Franciscus Junior de Carraria Padue etc.

IV.

Francesco da Carrara domanda danari a prestito dal Comune di Cividale.

Nobiles amici carissimi. Sepius scribi feci Nob. viro Dorde de Gumbertis concivi vestro, ut penes amicitiam vestram solicitaret quod de certa pecunie quantitate michi mutuo subvenire placeret, a quo nullum potui certum obtinere responsum. Quare eandem Nobilitatem vestram precor ut super hoc de intentione vestra, et si quam spem habere possum de his per hujus portitorem nuncium meum, quem ad vos solum transmitto, mihi placeat respondere. Dat. Tarvixii die xviij mensis Octobris hora xvj (1388).

Fr. de Carraria Padue etc.

V.

Francesco da Carrara il giovine partecipa ai Cividalesi il suo felice riacquisto di Padova e territorio

Honorabilibus et Sapientibus Viris Dominis Gastaldioni, Provisoribus, Consilio et Comuni Civitatis Austrie amicis carissimis.

Honorabiles amici carissimi. Ut mei gaudij et felicis prosperitatis participes existatis, ad veatri gaudium et consolationem significare decrevi me hactenus habuisse felicem introitum Civitatis Padue, Cittadelle, Montagnane, Montissilicis, Plebis Sacci, Mirani, Stijani et Buvolenta Bt spero de bono in melius prosperare. Paratus semper ad quecumque vestra beneplacita et mandata

Dat. Padue die 22. Junij anno 1390.

Franciscus Junior de Carraria Padue etc.

VI.

Gesta de' Friulani militanti col Carrarese nella ricuperazione di Padova, narrate da alcuni Cividalesi.

Nobilibus et prudentibus Viris D D Gastaldioni, Provisoribus et Consilio Civitatis Austrie Dominis et amicis karissimis.

Nobiles atque Egregii Viri, Vicini Carissimi, recommendatione premissa. Essemus utique ingrate et obtuse mentis, si de felicibus progressibus Magnifici Domini Domini Franciscl Junioris de Carraria etc. comunis Domini Nostri aliquid vobis non significaremus. Idcirco volumus vos non latere, quod die xvij instantis mensis cum vexillis Carrariensibus, Veronensibusque feliciter intravimus Serallea, seu Claustra territorii Paduani. Demum pervenimus usque Campum sancti Petri, et dum essemus ibi solo nutu habuimus Terram et Rocham Ostiarj. Die autem decima octeva dicti mensis in prima hora noctis, sancto Georgio Duce versus Urbem Patevam felices gressus nostros direximus, ibique applicuimus sexte hora noctis; et in aurora cum maximo periculo accessimus ad muros Civitatis per quandam cloacam ferratam, unde rivulus quidam labitur sed luteosus et profundissimus, et tandem rostra, claustra et serallea quecumque, existentibus ad brachia usque in

aqua, viriliter cum securibus, malleis et rebus opportunis audacter fregimus obsistentibus perfidis inimicis. Sed non valentes resistere aufugerunt. Et nos cum triumpho maximo intravimus Civitatem. In cujus introitu fuimus centum lancee Frulanorum. Sed de Civitate viginti octo tantum. Et invasimus et discurrimus totam terram et portas fregimus, per quas tunc populatores nostri de facili intrarunt cum equis ac banderis nostri. Inimici autem nostri se retraxerunt in Cittadellam et Castrum que quidem hucusque tenent. Sed Deo Duce in brevi cum maximo dedecore ipsos exradicabimus. Et quicquid in posterum fiet vos da omnibus libenti animo participes faciemus. Hodie tamen hora vesperarum prefatus Dominus Franciscus habuit ad mandatum suum Plebem Sacchi, Cittadellam et Castrum Limine est in tractatu, et sic de bono in melius secundo Marte procedemus. In Triumpho enim isto militm creavit Dominum Nicolaum Tunchil Mareschalcum Domini nostri, Phabum de Laturre, Rizardum da Valvasono, Michaelem da Rabotta, Rodulphum de Carraria, et Petrum de Gronip Civem Padusnum.

Et concludendo sumus omnes Dei gratia sani et incolumes. Dat. Padue die xx mensis Junii (1390)

Vicini vestri de Civitate Austrie
qui sunt ad servitium
Magn. D. Francisci Junioris de Carraria.